



# ALLOCVTIO ad DOMINVM CHRISTIANVM WEISIVM.

VIR LONGE CELEBRATISSIME

24



Vae mihi TECum communis est patria, Lusatia superior, meum hoc  
Institutum iam approbat; tum ad TE, exquisitum iuuentutis Ma-  
gistrum, tale mitti schediasma, haud mirabuntur, qui immortalia  
TVA in scholas merita expendunt, ac, magistros scholarum ductis  
TVO plurimum hactenus adiutos esse & quotidie magis magisque  
subleuari, cogitant accuratius: ampla vero quoque allocutionis meae  
causa est, quod publico monumento significandum erat, ut obstrictus  
TIBI sim pro fauore singulari, quem Zittauiae semel iterumque do-  
mi TVAE demonstrasti mihi, & literarum commercio usque adhuc continuare es dignatus.  
Neque enim a patria modo allegata, a scholis aut alloquio aliena est oratio praesens, Schola-  
stica prorsus, ub maxime Reuerendo Ephoro Illustris Scholae consignata, in honorem &  
inaugurationem Magistri Scholae, Popularis nostri, declamata, bacque cum primis tempesta-  
te idonea visa, quae ex scrinio proferretur in lucem, & unde ad uovendum caperetur materia,  
sive solenne pietatis in ROESERVUM, a quo habita est Oratio, SCHMIDIVM, quem ista  
Scholae moderandae cum dignitate Rectoris praefecit, & TE, WEISI, hoc vitae Tuae anno,  
quo sexagesimum tertium & climacterem magnum conficit, statueretur MONUMENTVM.

ROESERIANAM prosapiam Quedlinburgi duo ROESERI, Pater & Filius, Viri mune-  
rum sanctitate & meritum luce fulgentissimi coliustrarunt, quorum alter, Filius, M. IACO-  
BVS ROESERVVS, Ecclesiae ibidem ad D. Benedicti Pastor, Dioeceseos Superin-  
tendens & Gymnasi Inspector, quindecim abhinc annis exspirauit, alter ParenS, IACO-  
BVS NICOLAVS ROESERVVS, Ioanne Roesero, Pastore in Cranichborn / uno à  
Weiffensea lapide, & per vetere sacerdotali genere satus, sed Superintendens pariter Que-  
dlinburgensis, Confistorialis & Gymnasi Ephorus, quinquennio propemodum ante diem  
obii supremum. De IACOBO filio, nato undecimo Calendas Octobris, A MDCXLI. Son-  
dersbusae, ubi tunc temporis in aula parens Diaconi munia expletuit, & denato Quedlinburgi  
octauo Idus Nouembbris A MDCLXXXIX., quid M. Samuel Schmidius, Illustris Que-  
dlei Rector, enunciauerit, quantum amore Scholam amplexus sit ROESERVVS, (caetera enim  
monumenta iam silentio placet dissimulare) in hoc Schmidii monumento funebri & epice-  
dio conspicitur:

Munere, doctrina, Patri non Filius impar,

ROESER in oratione morte peremptus obit,

Det Deus, ut talis Successor forte sequatur,

Qui foueat pressam semper ametque scholam.

Idem ille IACOBVS, quod heic adduxisse fortassis erit pretium, in Hungariae superioris  
Gymnasiis docuit, Eperiens ante hac celebri, & Leutschoviensi, in hoc quidem prius Rectoris  
funetus manere, quam Illustrissimo accitu Quedlinburgum vocatus est, & ipsam Scholae In-  
spectionem adiit, Philosophus caeterum, ut in modo dicto Schmidii Rectoris & Collega-  
rum epicedio est legere, & Theologus, si quisquam alias, acutissimus. Quod luculen-  
tum epicedio est legere, & Theologus, si quisquam alias, acutissimus. Quod luculen-

A 2

sum